



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

4. Clementia Dei docet nos etiam in ingratos esse beneficos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45653**

Hac omnibus creaturis se communicat, sed intelligentia preeditis, modo insuper peculiari; nempe sub ultimi finis ratione, ad quem ut nos dirigit perducaturque, donis cumulat, & ijs, quibus nos, tanquam causa efficiens naturalis, conseruans, prouidens regit; & per quae efficimus diuina confortes naturae, ut dixit, quem S. Dionysius *Theologorum decus supremum & antiquissimum columen nomi-* S. Dionysius  
nauit. Inter haec dona autem, sunt variæ virtutes, quas nos vult <sup>cap. 3. diuin.</sup>  
<sup>nom.</sup> (etiam indignis benefaciendo) docere.

Prima est, ut hanc ipsam bonitatem, in Deo, agnoscamus III.  
& credamus. Nam, ut Clemens Alexandrinus dixit: *bona facere*, Clem. Alex.  
est *Dei natura*, ut *ignis calefacere, & lucis illuminare*. Sic multorum l. 1. Strom.  
natura, aut malitia potius velut in naturam versa, est *mala facere*, c. 8.  
omnes accusare, omnes calumniari, omnes offendere, instar echin-  
ni, vbiunque eum tangas, aculeati; immo instar *decem cornua ha- Apoc. 12. 3.*  
*bentium diabolorum*. Secunda causa est, ut sciamus, unde & nos  
boni fieri possimus, atque ita in spem erigamur. Nam, ut vel Her- In Piman-  
mes tradidit, Deus est *bonum bona faciens, bonum efficiens*: vel ut dro c. 4.  
Plotinus docet, Deus est *bonum, cetera bona, ut amari possint, quasi eo- Plotin. En-*  
*torans, & hoc ipso amabilia reddens*. Apelles te bonum pictorem; nead. 6. l. 7.  
Praxiteles bonum sculptorem, aut statuarium; Galenus bonum c. 22.  
medicum; Deus bonum hominem faciet, ut nonris, à quo magistro  
discere debeas pietatem. Tertia causa est, ut homo, se, cum diuina  
gratia, bonitatis illius capacem faciat. Siquidem, ut ex mente  
Platonis Alcinous loquitur, *Deus bonus est, quoniam in omnia, pro*  
*cuiusq; facultate, sua beneficia confert, cum omnis boni causa sit*. Ut er-  
go minus vasculum minus balsami capit, & in maiore plus potest  
comprehendi; sic diuina bonitas in eos se copiosius effundit,  
qui sinum magis dilatant. Audi Saluatorem: *Remittuntur ei pec- Luc. 7. 47.*  
*cata multa, quoniam dilexit multum*. Vbi D. Gregorius ait: *Tanio*  
*ergo amplius peccati rubigo consumitur, quoniam peccatoris cor magno*  
*charitatis igne concrematur*. Nam utique qui ex amore Dei magis  
dolet, se Deum offendisse, venia se reddit dignorem, capaciorq; fit  
maioris gratiae diuinæ infundenda. Sic oleum stetit, cum vas non 4. Reg. 4. 5.  
superesset; quod tam diu fluxit, quam diu filij matri suæ oleum  
infundenti vasa offerre potuerunt.

Quarta causa est, ne nos à benefaciendo excusemus, di- IV.  
centes, littus frustra arari, & nequicquam in saxis seminari: esse  
enim homines quosdam, sicut sicum aridam, sicut terram steri-

Fff lem,

Matth. 5.45. lem, inutiles, ingratos, immo qui tanquam militares illi Leopardi beneficij peiores fiant. Quis actum libenter agit? quis Aethiopem lauare aut laterem conatur? Hæc omnia refutat diuina bonitas, quæ quos redemisset, nisi etiam pro inimicis suis voluisse.

Phil. lib. I. allegor. Dei Filium, in cruce, immolari? Philo, qui Hebraorum Plato distus est, in hunc modum differit: *Benignus cum sit Deus, largitur bona omnibus etiam imperfectis, invitans eos, ut emulatores virtutis, atq; participes fiant, ostentansq; immensas suas dinitas, quod sufficient etiam ijs, qui non magnam utilitatem inde capiunt. Hoc autem alijs rebus declarat manifestissime; quoties enim pluit in mare, fontes producit in desertissimis locis, tenuem & asperam, sterilemq; terram rigat inundans fluminibus, quid aliud exhibet, quam nimietatem diuitiarum benignitatisq; sue?* Eadem est causa, ob quam nullam animam sterilem boni creavit, quamvis sint quedam, quibus hoc est inutile. Vides pulcherissimum summi Dei exemplum, cuius imitationem ipse virgens ait:

Matth. 5.44. *Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos: & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos: ut sitis filii Patri vestri, qui in celis est: qui solem suum oriri facit super bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos. Imitare, ô homo, tuum Conditorem, benefac etiam beneficia contemnenti. Si malus est ille, tanto tu melior es.* Sto. Fac tu, quod boni solent, si vis esse bonus; si ille respuit tuum munus, non tu idcirco desinis esse bonus; sed ille se malum esse demonstrat. Imitetur ille diabolum, tu imitare Deum, qui ad peccatum prouocat amando, nec raro indulgendo corrigit. Quincta causa est, vt nos manu ducat ad cultum inuocationemque Sanctorum, per quos, etiam desperatissimis manum porrigit, vt resurgant.

Pl. 38. 17. Sic nimis honorificari sunt amici tui Deus; & præcipue tua atque misericordia Mater Maria, Virgo clementissima, & refugium peccatorum, à te constituta, per quam non riuiulos, sed fluuios immensæ bonitatis tuae effudisti: quos huius voluminis angustijs includere, planè temerarius sit conatus. In confessio est, augustinus illam, quam per tam prodigiosam beneficentiam, inclaresce-re non potuisse. Nam sicut in Psal. 49. 15. Deus afflito dicit: *Eruam te, & honorificabis me;* ita merito etiam Mater Dei, ab ijs, quos eruit, in toto orbe terrarum, honorificatur.

V. VI. Eant nuinc Aristarchi, murmurent Theones, & dentem exacuant; inde Deo gloria nascitur, vnde illi occasionem sumunt conuiciandi. Primum exemplum est, quia hac mente adduxerunt Christo